

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintuplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 1. De Principiis ad orationem spectantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

PRINCIPIVM XX.

Res judicata pro veritate accipitur.
Sensus.

Hoc est, quando sententia semel à Judice lata est, & non
probari potest manifestè nulla aut notoriè injusta esse, tum
perinde acquiescendum illi est à partibus, ac si veritatem
ipsam circa controversiæ suæ punctum audivissent, inelli-
ge, si sententia talis sit ultimata, à qua appellare non licet.

Authoritas.

Desumptum est ex le: 207. ff. de reg. & ex communio-
norum in c. Suborta. 21, de sentent. & re judicata, ut ait Su-
bosa axiom. 200.

Ratio.

Quia sententia præsumitur justè lata, uti idem Barto-
l. c. n. 2. cum plurimis ex c. in præsentia, 6. de renunciacione
docet; alioquin enim nullus finis controversiarum foret.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Sententiam, quæ contra rem prius j-
dicatam laça fuerit, viribus carere, etiam circa provocatio-
nis adminiculum, uti in le: Latam. 1. c. Quando provocatio
deciditur.

Deducitur 2. Eum, qui per sententiam latam ingenu-
declaratus est, pro tali habendum esse, etiamsi prius Libe-
rus fuerit, uti in le: Ingenuum. 25. ff. de statu hominum de-
ciditur.

Deducitur 3. Judicem sententiam semel latam non posse
mutare, aut corrigere, aut revocare, uti in le: Quod iustitia
ff. de re judicata habetur.

ARTICULUS VII.**De Principiis ad Religionem pertinentibus.****§. I.****De Principiis ad Orationem spectan-
tibus.**

PRIN-

Debet orare, sollicitè, qui cupit rectè vivere.

Sensus.

Hoc est, Quisquis vitam suam rectè, & prout Christianum decet, ordinare desiderat, orationem velut necessarium eum diligenter suo tempore usurpare debet; maximè si oratio gravis superanda, aut aliud grave peticulum aut calum à se, aut communitate avertendum, bonumve aliquod magnum à DEO impetrandum est.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Augustino ho. 40. ubi sic illud prout: *Rectè novit vivere, qui rectè novit orare.* Item ex S. Tommaso l. 1. de orando Deo, ubi ait: *Arbitror, cunctis manifestum, quod simpliciter impossibile sit absque precatio-
padio cum virtute degere.* Etenim qui fiat, ut virtutem exerceat, nisi continenter supplex ad genua accidat ei, qui virtutem omnem largitur homini. Unde Suar. Laym. & hoc communiter Theologi dicunt, orationem juxta ordinatum modum à DEO constitutum ad homines salvandos, non tantum necessitate præcepti, sed etiam medijs necesse.

Ratio.

Quia & rerum Naturis, & suavi Providentiaz ac gubernatione DEI, rationabilium creaturarum cooperationem existens congruit, ut, posteaquam homines DEV M Authorem, omnipotitatis suæ Adjutorem agnoverunt, ejus necessarium omnium quærant, desiderent, & humiliter petant. Hinc Christus dixit Luc. 11. *Petite, & aspicietis,* quasi aliter non possit, nisi petatur, ut discurrat Layman l. 4. tr. 1. c. 1.

Praxis.

Hinc deducitur 1. sine intermissione (morali intellige) modum esse, ut Christus hortatur Luc. 18. & S. Paulus 1. ad Cor. 4. quia Militia est vita hominis super terram, & ideo, Gilfridus rectè dixit, nunquam deest orandi necessitas, nonquam est vera securitas.

Deducitur 2. Onnibus, ut S. Hilarius ep. 89. dixit, Orationem

N n 4

tionem

574 *De Principiis generalibus*

tionem Dominicam esse necessariam, quam ipsis etiam Ant^m
tibus Gregis, id est, Apostolis suis Dominus dedit, utum
quisque Deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & tu
dimittimus debitoribus nostris; cui enim haec in oratione
verba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato vivere pro-
nuntiandus est.

Deducitur 3. Omnibus ferè operibus orationem in-
gendam esse, quia instabilis est bonorum operum struc-
tu^m, quæ devotâ orationis frequentiâ non compaginatur.

PRINCIPIUM II.

*Exaudit Deus infallibiliter, si homo petat
convenienter.*

Sensus.

Hoc est, si Homo debitas conditiones observet, tempe-
st ut petat necessaria & utilia ad salutem: ut petat pⁱ: ut p^r
petat pro seipso, & perseveranter, certum est, quod obtentu-
rit, quod petit.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura Matth. 24. *Omnia que
eunque petieritis in oratione credentes, accipietis.* Item et
Thoma 2.2. q. 83. a. 16. in corp. & communi Theologorum
sensu.

Ratio.

Quia, cum Deus omnes homines salvos fieri velit, idque
sine ipsis auxilio obtainere nemo possit, hoc ipso, si talia ae-
xilia convenienter ab ipso petantur, ea indubitate com-
nicabit. Hinc eleganter S. Bernardus S. 5. de quadriga ait:
Nemo nostrum parvipendat orationem suam; dico enim ip-
bius, quod ipse, ad quem oramus, non parvipendit eam. *Poiquam
egressa est ab ore nostro, ipse scribit eam in libro suo,* & unius ex
duobus indubitanter sperare possumus, quoniam aut dabit, qual-
perimus, aut quod novis urbis.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam Peccatores obtenturos, qui
petunt, si utilia petant; nam, si Peccatores Deus non exau-
dit, non potest.

iam Aries
utum
cut & no
n oration
ivere po
onem ju
strudun
petat
er, nem
p: uppe
obtempera
mnia, que
Item ex
ologum
velit, idque
si talia es
è commo
adrag, sic
enim op
Pofquam
unum ex
abit, quia
cos, que
one exca
! *intra*

Publicanus ille oculos in terram demittens, & penitus percutiens diceret: Deus propius esto mihi peccatori. inquit recte S. Augustinus tr. 44. in Joann. Unde illud 19. Scimus, quia Peccatores Deus non audit: S. Thomas de peccatoribus quà talibus, id est, pententibus dona Dei, ut peccato possint, intelligendum ait.

Deducitur 2. Causam, cur multi non obtineant, quod esse, quia conditiones præscriptas non observant illud Jacobi c. 4. Petitus, & non accepitus, eò ad male petatis. Unde recte S. Isidorus l. 4. epist. 12. ait, vident à te, quæ exiguntur à te, & tunc demum ea, quæ auxiliū divini subequantur.

Deducitur 3. Etiam si S. Thomas & S. Augustinus addant conditionem, ut pro se petatur aliquid; recte tamen Suar. Valent. Tolent. apud Laym. n. 10. docere, promissionem Christianam ad orationes pro aliis susatas se extendere, si dispositi ut ex S. Jacobo colligitur c. 5. dicente: Orate pro invi-
tatis, ut Salvemint; multum enim valet deprecatio invita-
tis.

PRINCIPIUM III.

Non implet Ecclesiæ imperium, qui debito modo non recitat Canonicum officium.

Sensus.

Hoc est, qui in Horis Canonicas non observat eas cir-
constantias, quas oratio tum ex natura sua, tum Horæ illæ
socialiter ex præscripto Ecclesiæ requirunt, non satisfecit
cepto gravi, quo obstringitur ad Horas Canonicas reci-
endas.

Authoritas.

Defumptum est ex cap. dolentes de celebratione Mis-
sæ & in Clem. 1. cod. tit. uti Studiosè pariter ac devotè of-
ficium dici præcipit Innocentius III. ubi Glossa hæc verba
interpretans eis, studiosè quoad officium oris, devotè quoad
officium oris, devotè quoad officium cordis.

Ratio.

Quia, sicut Ecclesia ad ipsam substantiam orationis hu-
N n 5 jus

ius obligare potuit, ita potuit etiam certas circumstantias præscribere, quæ in recitandis Horis Canonicas observari debeant, atque adeo, sicut non satisfacit imperio Ecclesie, qui ipsas Horas Canonicas omnino omittit, ita nec satisfacit quoque, qui circumstantias sub gravi obligatione præscriptas neglit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. non satisfacere obligationi suorum Sacerdotem, qui sine legitima causa non recitat officium ab ipsa Ecclesia præceptum, sed illud in notabiliter brevius mutat; uti Laym. n. 4. cum pluribus aliis sentit.

Deducitur 2. Etiam illum, non implere præceptum Ecclesiae, qui cum notabili interruptione sine legitima causa recitat Horas Canonicas, uti ex c. nihil 7. q. 1. & c. nullus de consecr. d. 1. colligitur, & patet ex eo, inquit Laym. n. 7. quod sic unitas & quasi forma orationis ab Ecclesia instituta solvatur.

Deducitur 3. Etsi non pauci, & graves Doctores solam attentionem ad verba sufficere contendant ad Ecclesias præceptum adimplendum; contrariam tamen sententiam, quæ negat cum voluntaria distractione satisfieri præcepto Ecclesiae, communiorum, & probabiliorem esse, uti Laym. n. 10. cum plurimis docet, & ex ipsa natura orationis, quælibet elevatio mentis ad Deum, colligit.

PRINCIPIVM IV.

Non est liber ab omni crimen, qui officium Canonicum non recitat in tempore.

Sensus.

Hoc est, qui in Horis Canonicis consuetum tempus sine justa causa non observat, non est omnino à veniali faltem culpa liber, si privatim eas recitat; secus si in publicis horis ordinem cum scandalo notabiliter inverteret, tum enim metu graviter peccare dicendus foret.

Authoritas.

Desumptum est ex communi Sensu Doctorum, ut videtur est apud Laym. n. 8. unde natum est illud proverbium ex Hugo

Regone relatum: *Ante horam orare (puta ex legitima cœ
quidientia est, post horam negligentia, in hora obedientia).*

Ratio.

Quia non minus Ecclesia circa recitationem Horarum
tempus, quam alias circumstantias prescribere po-
test; cum ergo ex communi sensu Doctorum &c. i. de ce-
remoniis colligatur, eam certum tempus pro officio divino
prescripsisse, meritò hoc perinde ac alias circumstantiæ ob-
servatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui Matutinum cum Laudibus
sive legitima causa primum Vespertino tempore diceret,
accuso veniali obnoxium fore ut Layman. I. c. cum Suar.
& aliis communiter docet.

Deducitur 2. Etiam illum non immunem fore à pecca-
tationi, qui Horas minores sive omni honesta causa usque
ad octem differret, vel Vesperas & Completorium manè re-
citat, ut idem Laym. I. c. cum aliis docet.

Deducitur 3. Etsi privatim juxta Suar. Azor, Less. & alios
communiter licitum sit Maturinum cum laudibus pridiē cir-
cumtemporis Vespertini recitare, cum ut S. Thomas
ad lib. 5. c. 28. discurrit, Solemnitas diei sequentis juxta
conventudinem Ecclesiarum à Vesperis praecedentis dici incipiat;
publica tamen recitatione id non licere, nisi diebus illis,
quibus ipsa Ecclesiarum consuetudo id permittit, uti communi-
ter iterum Authores docent.

PRINCIPIVM V.

Obligatur ad divinum Officium, quisquis parti-
cipat Ecclesiasticum Beneficium.

Sensus.

Hoc est, præter Clericos in Majoribus Ordinibus con-
stitutos, & Religiosos professos ad chorum destinatos, etiam
Clerici, qui, licet in minoribus tantum ordinibus constitu-
ti, Beneficium aliquod Ecclesiasticum actu participant, &
possident.

Autho-

Authoritas.

Desumptum est ex Concilio Lateranensi sub Leone IX. in Bulla reform. & communī sensu Authorum.

Ratio.

Quia Beneficium datur propter officium, cūm nihil aliud, quām Jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis Ecclesiae ratione spiritualis officii, Ecclesiastica authoritate constitutum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam illū teneri ad Officium, qui non omnes fructus Beneficii sui, sed talem duntaxat partem quæ ad sustentationē sufficit, habet, ut Bonac. apud & cum Leibniz. l. 4. c. 2. du. 1. docet.

Deducitur 2. Etsi aliqui non improbabiliter ab officio divino recitando excusent eos, qui tenuerū a deo Beneficium possident, ut ad sustentationem non sufficiat, contrariamē sententiam communiorē & menti Ecclesiastica Beneficium conferentis conformiorē esse, eò quod Jura indistincte omnibus Beneficiatis eam obligationem imponant; tales item verē etiam sint Beneficiati.

Deducitur 3. Eum, qui culpabiliter omittit officium ad restitutionē partis fructuum officio omisso respondentibus & pauperibus faciendam obligari, uti Concilium Lateranense cit. & Bulla Pii V. decreverunt.

§. II.*De Principiis ad Beneficium Ecclesiasticum Spectantibus.**PRINCIPIVM I.*

Nil prodest Beneficium Ecclesiasticum, quod non est Canonice obtentum.

Sensus.

Hoc est, jus percipiendi redditus Ecclesiasticos nec sicut nec validē percipere ac possidere potest, qui illud vel per legitimum electionem, vel postulationem, & confirmationem.